DISSERTATIONEM HISTORICAM
De
RITU
FLAGELLANDI
apud
ROMANOS
adjuvante DEO

in celeberrimâ Leucoreâ

ventilandam eruditis exhibent

PRÆSES

M. JOHANN. JACOBUS SEYPPELIUS
NORIBERGENSIS,

ET

RESPONDENS

JACOBUS KIRCHHOFF
STRALSUNDIO-POMERANUS.

In Auditorio Collegii Veteris
ad d. XII. CAL. APRIL.
A. N. C. M DC. LXVIII.
Horis pomeridianis.

EDITIO SECUNDA.

WITTENBERGÆ,
Typis MICHAELIS Wendt. Anno 1670.

58700(6)

WELLCOME INSTITUTE LIBRARY

B. J. F. A.

HActenus Judæorum mores in flagellando dedimus conſiderandos. Ordinis nunc inſtituti expoſcit ratio, ut poſt primam ſecundam ingrediamur claſſem, quam voce gentilium ſumus complexi, omnes in genere ſubintelligendo gentes, quæ Deorum ſimulacra extra ac præter omnem Scripturæ revelationem more idololatrico coluerunt coluntq;. Hos inter præcæteris, quantumvis plurimis, in inſtitutis eminuerunt olim, ſi ſcriptores præſertim percurramus, primùm Græci, pòſt Romani, his ab illis non pauca in Rempublicam ſuam transferentibus: quod vel ex ſolâ duodecim tabularum lege ſat pateſcit. Vid. Liv. Hiſtor. Rom. Johann. Cluver. Epitom. Hiſtor. Andr. Dom. Floccum Florentin. falsò L. Feneſtellam vocatum. Adde Lipſ. de Legg. Decemviralibus, quando ſcriptæ. His omninò accenſendus venit Philologus accuratisſimus Dn. Chriſtoph. ARNOLDUS, Præceptor meus ac Fautor honoratisſimus, in Syntagmatibus ſed MSS. Ἀρχαιονομίας, ſeu de priſcis Athenienſium legibus, ubi conſonantiam rituum Græcorum ac Romanorum elegantisſimè hinc inde demonſtrat. Noſtrum quod attinet propoſitum, apud duos hosce populos potisſimùm flagellandi hic, in hiſtoriis ritè deſcriptus, micat ritus: quanquam ſi ambos iterum conferamus inter ſeipſos, longè plura notatu inveniuntur digna, quatenus ſub Romanis, quàm quatenus ſub Græcis viguerat flagellatio. Mihi ſanè ſcrutanti perſcrutari paucisſima contigit de hujusmodi Græcorum moribus: quæ tamen ipſa ſparſim conquiſita occaſione, ſi vult

l. 3. c. 31. ſeqq. p. 113. ed. Gr. l. 7. edit. veter. p. 83. l. 2. de poteſtat. Rom. c. 14. Tom. I. oper. edit. Lugd. p. 228

vult DEUS, aliâ unâ cum aliis afferam. Hâc vice allubeſcit ſu ſiſtere in unicâ Romanâ *conſvetudine, quam Græcæ hîc præferi mus, alioquin haud ignorantes, anteferendos eſſe* Romanis Græ cos *eo quoq; nomine, quòd horum imperium longis temporum de cempedis regni ac Reip. Romanæ præceſſerit primordia; teſtanti bus id variis variorum* Chronologorum *ac* Hiſtoricorum *libris.* Athenas enim, *regnante Servio Tullio, Regum Romanor ſexto, jam ſupra* ſeptingentos *ſtetiſſe annos, ex* Ciceroni *Bruto refert* Sleidanus l. 1. de 4. ſummis Imperiis *ex edi tione ac cum continuatione Viri in his ſtudiis conſummatiſſim* Dn. D. STRAUCHII, *Patroni mei maximi, p.59. Add. anno*

p.m. 126. & ſeqq. aliquot. p. 100. *tat.* Franciſci Schapern in libell. Sleidan. *edit. vet. Vid. ce leber.* Rupert. obſervat. in Synopſ. Beſold. *Confer etiam ad jectas* Tabb. Chronolog. ab Anno *M. 2100. usque ad Ann 3200. ubi* Attici *regni &* Spartanorum *urbis initia inve nies. Cæterùm ad tractandam priùs* flagellationem Roma nam *nos imprimis etiam præſens incitavit tempeſtas, quippe in tra quã omnium convenientiſſimè de ineffabili* Dominicâ *pa ſſione, quantum piâ recordatione poſſumus, loqui ſolemus, deb mus certè. Atq; eò quidem referendas eſſe plagas* flagrorum *quibus in innocentiſſimum* JESUM Romani *crudeliſſimè ſævi rant, quis eſt verorum Chriſtianorum, qui ferè dubitet, nedu planè neſciat? Verùm ſine ulteriori tranſitione ad rem poti ipſam B. C. D. tranſeamus.*

Theſ. I.

R*Omanis* non inſolitam fuiſſe caſtigationem ſive c ſionem *flagrorum*, ex *Legibus*, *Hiſtoricis*, *Comicis*, unde non? ſat abundè conſtat. Sanè ne à *Sac* quidem *Scriptoribus* res hæc eſt intacta relicta: q igitur à *ſecularibus* omninò eſſet prætermiſſa? Mittam jam ſcriptorum *ſigillatim* quævis adducere nomina loc que; cumprimis quia haud pauca in hâc ipsâ noſtrâ *D* *ſertatione* pasſim poſthac ſumus adducturi. En *Leges*,

Vid. l. 7 & 10. ff. de Pœn.

(

llistrato ac *Macro* collectas, quæ mentionem *flagellationis* ciunt. Sed ſufficiat has *breviter* indicâſſe. Reliquam totam *meſſem* ii metant, penes quos *potior* eſt potes in illas ſuam immittendi *falcem:* Nobis modò licim eſto, *ariſtam* unam alteramve, prout *materiæ* requiſirit conditio, carptim inde excerpere.

II. Nimirum inter *pœnas* à legibus legumq; latoribus fertur *flagellatio.* Sed cùm *duabus* potiſſimùm de cau- à *Romanis* non minùs, quàm cæteris *gentibus*, *pœnæ* deiquentibus imponerentur; vel in ipſorum delinquenum *emendationem*, Latinis eleganter *admonitionem* diam; vel in *animadverſionem*, ſuperſtitum ergò ac loco empli maximè adhibitam: (Vid. de hâc diſtinctione bell. DIETERICHII *de antiquit. Rom. veter. nov.* cui adjecti rii ritus ex *Petro Sainct-Fleur)* hinc ob *ambas* rationes vintur ſæpe homines pœnæ *flagrorum* fuiſſe expoſiti. Romani enim vel *leviter* peccantes *virgis* ſeu *flagellis* cædere lebant, ALEXAND. ab ALEX. Quanquam reſpectu , quòd non raro ad *necem* usq; rei verberarentur, ma- *animadverſionis* pœna *pœna* hæc nominanda veniat: icquid ſit de appellatione *Columellæ*, flagellationem *flarum admonitionem* vocantis. *p. 201.* *l. 3. genial. dier. c. 5. p. 287.*

III. Verùm quo *tempore* flagellatio exerceri cœperit ud Romanos, non adeò liquet; nec fortasſis quisam hujus natales certò ac exactè ex autoribus elicier, et diligens rituum ſit fueritq; indagator. Equidem ſi quicquam *conjecturis* tribuendum, attribuimus tam huic pœnæ *originem*, ut illam ſub *Tullo Hoſtilio*, *tertio* manorum *Rege*, *innotuiſſe primùm* dicamus, quippe cus mandato *Metium Suffetium* proditorem cæſum *virgis*, propemodum laceratum fuiſſe, ex *Dionyſio Halicarnaſſ.* nſtat. Add. *ap. Liv. l. 1. hiſt. Rom. c. 26.* actionem ac oranem *Horatii.* Nihilominus tamen *flagellationem* pro- *l. 3. antiq. Rom. edit. Port. p. 238*

 priis-

priisſimè dictam tùm magis per Decemviros *uſuveniſ[ſe]* ſtatuimus, poſtquam è *Græciâ* à Romanis eſſent allata *So-lonis* ſancita & Romæ *Leges duodecim tabularum* promulga-tæ. Quid? quòd forſitan hæc Romanorum pœna ali-quem inde ſi non *ingreſſum*, *progreſſum* ſaltem, ſumſerit poſteaquam pœnam hanc à *Judæis* jamdum uſurpari, i[n] vel ex aliis *inaudierint*, vel ipſi ſæpiùs exerceri *viderint* tùm præſertim, cùm paulatim magis atq; magis *Judæi* eo-rumq; *ditiones* in *Romanam* traherentur poteſtatem.

IV. Sed quid opus in tam *incertâ* re multam facere *con-jecturam?* Undecunq; enim *primam* originem Roman[i] habuerit flagellatio, eam tamen tantopere non juva[t] nôſſe, quantopere conducit indagare, quod ex hiſto-riarum libris *certius eſt*, & pro *certo* ibi ponitur. *Flag[ra]* fuiſſe in *pœnam*, aut *caſtigationem*, præcipuè illata, ne[c] eſt cur dubitemus. Dubium namq; nobis omne toll[it] *objecti*, ſeu *ſubjecti* patientis, *primarii* conſideratio acc[u-]ratior, quam jam ingredimur. Etenim *ſervile* inprim[is] hoc erat *ſupplicium*, quod vilisſimis etiam & abjectisſim[is] irrogari *mancipiis* ſolebat. Confer *Leges*, quas alleg[at] *JCtus Georg. Ch.* WALTHERUS in *Poſtill. Harmonic. Theolo[g.] Jurid. Politico-Philolog.* Add. CLASEN *Exercitat. ſacr. ad P[...] Dom. l. 2. c. 19. §. 1. p. 237. Nomen* certè *flagrionum*, à *Vop[iſco]* uſurpatum, *ſervis* tam erat *proprium*, quàm propriu[m] maximè, dum *nominabantur* ita, quòd *flagris* eſſent *[ſub-]jecti*, iisq; toties, quoties delinquerent, *digni* fierent.

part. 1. ad Evangel. Dominic. Quinquageſ. p. 216.

Walth. l. c.

V. Apud PLAUTUM ſervus deſcribitur *ſubiculum flag[ri]* quod idem eſt, ac *aſſiduè flagro ſubjectus*; vel, ut GRUTE[RUS] vult, quòd *flagrum* eum *ſubigat*: quanquam alii c[um] MEURSIO malint legere *flagri ſudiculum*; quod quidem [an-]tiquis erat *flagelli* genus, vapulantes *ſudantes* faciens. [Su-]dor autem ille non alius, niſi *ſanguis* fuiſſe videtur. H[inc] facetè *Comicus* ſervum *ſubiculum* vocaverit *flagri*, tanqu[am]

Perſ. Act. 3. ſc. 3. v. 14. Adde comment. Poetæ ſummi Fr. Taubmanni p. 1145. Aſin. Act. 2. Sc. 2. v. 31 p.

ſe *flagellaret*, non *flagellaretur*. Apud eundem *Leonida* banum, ſervum ſervus ita ſalutat: *Salvete, Gymnaſium fla-*i; h. e. in quo flagello verbera exercentur. Apud Te-ntium ſenex *Demea* ſervum *Syrum* nominat *maſtigiam*: æ vox, ut ex origine *Græca*, ita *Latinis* ſignificat *manci-*m, quod aut *flagris cæditur*, aut iisdem *dignum* cenſetur.

117. Conf. Aulul. Act. 3. ſc. 1. v. 5. p. 199. Adelph. act. V. ſc. 2. v. 7. Vid. Rein. Neubuſium, in Elect. Terent. p. 80.

VI. Omnes ſcilicet per omnia in eo conſpirant, ut pro *vorum* veluti *proprio* flagra habuerint ac habeant, non ntùm quoad *nomina*, ſed *rem* etiam ipſam. Unde meò huc revocari poteſt vetus illud: *Conveniunt rebus mina ſæpe ſuis.* Jam verò *triplices* præcipuè fuerunt apud omanos *ſervi*: quidam *originarii* ac *vernaculi*, qui, in ſer-tute *nati*, per ſe multis legalibus *pœnis* ſubjacebant; ii *emtitii*, qui ab hoſtibus *capti* vel *emti*, jugo ſervitutis oprimebantur; reliqui *conductitii*, qui ob propriam em *lucri* ſerviebant aliis. Sed uti in eorum *conditione* iàs *nulla* datur *differentia*; ita nec *hîc* aliqua data fuiſſe detur; ut *omnes* adeò *ſervi*, tùm qui *naſcebantur* tales, m qui *fiebant*, omnes, inquam, quandocunq; contra minorum fecerant mandata, *flagris* fuerint *excepti*. nc & *flagra*, *lora*, *flagella*, *ſervilia* vocantur *verbera*, quip-quibus *ſervi unicè* fermè affligebantur. Ita *Horatii* mmentator, ACRON, *lora* ac *virgas propriam ſervorum nam* fuiſſe ac manſiſſe aſſerit. *Loris* præterea ac *corri-coriaceis* plerumq; *captivi* verberabantur *ſervi*, ut *condi-nis* ſuæ reminiſcerentur, nempe quòd *capti loris vincti* iſſent. *Vile* igitur & *ſervile* ducebatur ac dicebatur, ris affici.

De hâc diſtinct. vid. Barth. Anglic. l. 6. de Proprietat. rerum c. 16. Inſt. de Jur. Perſon. §. 5.

Tholoſan. Synt. Jur. l. 31. c. 11. §. 16. p. 240.

VII. Non quidem planè negamus, *Romanos* itidem *ci-*s eorumq; *liberos* ac *libertos*, per *intervallum* aliquod mporis *flagellis*, ubi meruiſſent, fuiſſe cæſos: ſiquidem eos ipſos *primò* verberibus eſſe animadverſum, rectè lligitur ex *Porciâ Lege*, cujus lator *Porcius* quidam *Tri-*

bunus

bunus plebis, ſed quòd *Cato* ille *Cenſorius*, negat TIRA-
QUELLUS. Lex igitur hæc in gratiam demum *civium*
Romanorum data, ab horum corporibus *flagella* non minùs
quàm *virgas*, removebat. Meminit ejusdem verbis ex-
preſſis *Cicero*: at eorum jamdum in præcedentis *Differta-*
tionis Th. IV. meminimus. Nunc adjungimus *Scripto-*
rem hiſtoriæ Romanæ Principem T. LIVIUM *l. 10. hiſt. ab urb.*
condit. prim. decad. edit. Grut. p. 365. Porcia Lex (ſcribit ille)
ſola pro tergo civium lata videtur; quod gravi pœnâ, (exilii vi-
delicet, aut confiſcationis) *ſi quis verberâſſet necâſſetve ci-*
vem Romanum, ſanxit M. Valerius Coſ. Ex quo apparet clarè
ab illo usq; tempore, quod in annum *quadringenteſimu*
cum *dimidio V. C.* præter propter incidit, *nulli* ampliùs
ne *Magiſtratui* quidem, *jus* conceſſiſſe, ut Romanoru
civium quispiam, inprimis absque cognitione cauſæ, *fl-*
gellis vel *virgis* poſthac cæderetur. Vid. CORNEL. à LA-
PID. *comment. in Act. Apoſt. c. XVI. v. 22. ſeqq.*

VIII. Hoc ipſo jure ſuo fretus APOSTOLUS, cùm *jam*
jam in periculo *flagellorum* verſaretur: *An hominem*, e
clamat, *Romanum & indemnatum licet vobis* μαςίζειν, *flag-*
lare? Quâ auditâ *civis Romani* voce, *Centurio Tribunu*
adiit exemplò, qui ipſe *metuit*, poſtquam reſciſcer
PAULUM *Romanum* eſſe, quem antè impetraverit *loris vi-*
ciri, & μάςιξιν ἀνετάζεσθαι, *flagris examinari. Examinat-*
itaq; *protinus* abhinc diſcedere *juſſi* ſunt; juſſuiq́ obedie
tes *diſceſſerunt.* Idem APOSTOLUS, poſtquam unà cu
comite ſuo SILA *Philippis* mandato Magiſtratûs *virgis* cæ
retur, & poſt *multas* impoſitas plagas cuſtodi carceris t
ᵭe mediâ diceret: *Cæſos nos publicè, indictâ causâ, qvum*
mus Romani, conjecerunt in carcerem; metum inde magnu
urbis *Magiſtratui* incuſſit. Audientes enim, quòd, qu
verberâſſent, *Romani* eſſent, venerunt, & deprecati ſu
hos, & eductos è carcere rogârunt, ut è *civitate* egre
rent

Annotat. in Alex. ab Alex. genial. dier. l. 3. c. 20 p. 386.

Orat. pro Rabir. Conf Roſin. Antiquit. Rom. l. 8. cap. 2. 641. edit. Lutet. Vid. Legg. Romanæ in Lex. Jurid. Calvini edit Genev pag. 1006.

Alii volunt: anno urbis 453. alii 454 alii rurſus aliter.

Act. XXII. v. 24. 25 ſeq

Add. Ph. Carol. Antiq. Rom. l. 2. c. 2. p. 42.

Act. XVI. v. 22. 23. 37. 38. 39.

ntur. Quadrat etiam huc haud inconcinnè, quod ud *Comicum* legitur. Nam cùm præ irâ *Æſchinus* adoſcens in lenonem *Sanionem* inveheretur hoc modo: *Si liſtus pergis eſſe, jam intrò arripiêre, atq; ibi usq; ad necem oriêre loris*; reſpondet per interrogationem alter: *Loris er?* ſub innuens nempe, *loris* atq; *flagellis liberum* homiem non eſſe proſequendum.

Terent. Adelph. Act 2 ſc. 1. v. 27 28.
Rein. Neubuſ. El. Ct. Ter. p. 82.
Vid. Lipſ. l. 2. de Cruc. c. 3. p. 60. edit. Brunſvic.

IX. Excluſis ita ſemel à virgis Romanis *civibus*, ſemper ſteà eos, quos pro *ſervis* ſontibus *Romani* habuerunt, anebant flagella *de jure*, eoque *dupliciter*, tùm *publicè*, m *privatim Privata* hæc *ſervorum* flagellatio *Domino* comtebat *cuilibet*. Etenim quantâ egerint *ſeveritate*, imò antâ crudelitate *ſævierint*, in *ſervorum* ſuorum non *bona* lùm, ſed & *corpora*, ſcriptores *hiſtoriæ Romanæ* ſat attentur. Aſt *lege Petroniâ*, quam latam fuiſſe A. V. C. CCXIII. ex HOTOMANNO ARNISÆUS refert, *Dominis* faltas eſt ademta *arbitrio* ſuo *ſervos* ad depugnandas beas tradendi. Nihilominus tamen eâ ipsâ *remiſſio* tanmmodò *ſecundùm* quid fiat, non *ſimpliciter*.

de Republicâ p. 212.
Calv. Lexic. Jurid p. 701. ed. Gen.

X. Scilicet conſulebatur ſervili *ſervorum* fortunæ ita idem, ut *ab illorum tergis vis omnis amoveretur privata*, *usq; ad virgas & lora*. Hinc *L. unic. C. de Emend. ſerv.* non ohibetur, ſed tanquam licitum adhuc ſupponitur à NSTANTINO *Imp. virgis aut loris à Domino ſervum affligi poſ*modò ne *immoderatè* Dominus *jure* ſuo utendo, eom abutatur. Ubi BALDUS: *Dominus*, ait, *ſervum poteſt ligare, ſed non dolo malo occidere*. Sic A. GELLIUS narrat PLUTARCHO, quòd *ſervo ſuo, nequam homini & contumaci, nicam detrahi ob neſcio quod delictum, cædiq; eum loro juſſerit*. nc eleganter *Virgo* apud PLAUTUM: *Herus ſi minatus eſt lum ſervo ſuo, ubi captum eſt flagrum, dum tunicas ponit, antâ afficitur miſeriâ!* Similiter captivus *Tyndarus*: *Væ,* eritur, *illis virgis miſeris, quæ hodie in tergo morientur meo.*

Arniſ. ibid.
l. 1. noct. Attic. c. 16. edit. H. Steph. p. 40.
in Perſ. Act. 3. ſc. 1 v 32. 34 35. p. 1141.

Captiv. Act. 3 ſc 4. v. 117. 125. p. 274. Adhuc *Hegio* herus: *Colaphe*, clamat, *Cordalio*, *Corax*, *i* *iſtbinc atq; efferte lora.* *Lorarii* nimirum ii dicebantur *ſe* *vi*, qui *Domini* juſſu *conſervum* ſuum vinciebant, cædeban que *loris*. Sed hæc *de caſtigatione ſervorum privatâ* dixiſ ſufficiant.

XI. Jam *publicam* flagellationis *pœnam* accuratiùs po derabimus, quam Romani *ſervis*, aliisque *non Romani* ſi quos quorundam criminum *reos* in *judicio* deprehendi ſent, utplurimùm impoſuerunt. Ubi pervenimus pr mò ad *Judices*, qui *jure* gaudebant eo, ut poſſent ac deb rent ſuam de verè reis *flagellandis* ſententiam *publicè* pr nunciare. Tales verò erant *Magiſtratuum* Romanorũ *diver* ſpecies; quippe diverſis *tẽporibus* nunc *hâc*, nunc *illâ*, nu *alia*, nunc *nullâ*, poteſtate pollentes. Ab ipſis ergò *Re* *bus* ac *Imperatoribus*, tanquam *ſupremis* judicibus, *jus flag* *landi* obtinuit *Præfectus urbis*, quippe penes quem, *R* vel *Imperatore* abſentibus, *ſumma* rerum *Romæ* relinqu batur, adeò ut, cùm imperium Romanum propagaretu totiùs Italiæ *jurisdictio* ad *Præfectum urbis* ſit delata. Omn ergò crimina, quæ non tantùm *intra urbem*, ſed *& per tot* *L. 1. in pr. ff. de offic. præf urb.* admittebantur *Italiam*, ut *Epiſtolâ Divi* Severi *ad Fabi* *Cilonem* cautum eſt, *Præfectura urbis* ſibi vendicabat. C (ſic *Imperator* literas inchoat) *urbem noſtram fidei tuæ com* *ſerimus &c.* Et poſt aliqua pergit: *Audiet ſervos.* Ite *Si quis ſervum ſuum in uxorem ſuam adulterium commiſiſſe* *rat, apud Præfectum urbis erit audiendus.* Vid. *Dom. Fl* *l. 2. de poteſt. Romanorũ c. 6. integr.* *Florent.* qui ibidẽ ex profeſſo agit de *urbis Præfecti* offic Ulpianus ſanè, *ultimis* inprimis *temporibus*, procurati *Præfecturæ urbis* has inter alias tribuit partes, ut *ſervo* de *Dominis querelas*, viciſſimq; *horum* in *illos criminatio* audiret; afferente Hotomanno: ceu enim adducit *p. 728.* Calvinus in *Lex Juridic.* qui *notatu* digna *plurima* de *officio* congesſit.

XII. I

XII. Præter hunc *Præfectum*, *Conſulibus*, *Cenſoribus*, *Di-ctatoribus*, ac *Decemviris in litibus judicandis*, licuiſſe, ſi non *idem*, *diverſis* ſaltem *temporibus* reos etiam, *ſervos* præci-puè *flagrorum* condemnare non eſt cur ambigamus; præ-primis quia nihil ab *hiſtoricâ* fide alieni non dicere exiſti-mamus, *ſingulorum* modò *poteſtatem* quivis per ſe reſpexe-rit. *Maximam* autem *jus* dicendi facultatem, temporis acceſſu, inter urbanos *urbanum* impetrâſſe *Prætorem*, ob differentiam poſteà *Præfectum urbis* dictum, jam antè de-claravimus. Quis ergò flagris adjudicandi *poteſtatem* impetiiſſe *eidem* ibit denegatum? *Prætorem* hunc, poſt-quam *plurimæ* ſub *ditionem* Romanam rediiſſent *provinciæ*, plures ſequebantur *Prætores* alii, qui ob id, quòd *rebus* præeſſent provincialibus, *Provinciales* dicebantur, alio nomine *Præſides* vocati, *majus* in *provinciis* habentes impe-rium *omnibus* poſt *Principem*. Hoſce tantâ polluiſſe ἐξουσίᾳ *flagellari* reos quoque juberent, vel unicum *Pontii Pila-ti* comprobat exemplum, *Præſidis* hujuscemodi perſonam munusque in terrâ *Judaicâ* ſuſtinentis, ac *ſuo* mandato CHRISTUM innocentisſimum *flagellis* ſubjicientis. Quâ de re, poſt pauca, plura dicemus.

XIII. Erant præterea *Triumviri capitales*, qui eum in fi-nem præcipuè conſtituti ut *cuſtodiam* haberent *carceris*. Hi *nequaquam* queunt excludi ab hâc *flagra* exercendi *po-teſtate*: *Cùm* enim *animadverti oporteret*, *eorum id interventu fieri debebat*. Inprimis verò illi de *vilibus* & *abjectæ* tantùm *conditionis hominibus*, utpote de *furibus* ac *nequam ſervis*, jus dixerunt. Vid. *Henr. BEBEL. de Magiſtr. & Sacerdot. Rom.* Conf. POMPONIUM. Adde LIPSIUM. Evolve & *Juridic. Lexic.* CALVINI p. 920. Audiamus hâc vice PLAU-TUM, apud quem noctu obambulans *Soſia*: *Quid*, ait, *fa-ciam nunc, ſi* TRES VIRI *me in carcerem compegerint? Inde cras è promptuariâ cellâ depromar ad flagrum: Nec cauſam liceat di-cere*

p. m. 309. L. 2 ff. de orig. Juris. l. 2. de Cruc. c. 3. p. m. 62. Amphitr. Act. 1. ſc. 1. v. 3. ſeqq. vet. Taubm. in eund.

cere mihi, neq; in hero quicquam auxilio ſiet. Nec quiſquam ſ
quin me omnes eſſe dignum deputent: ita quaſi incudem me miſ
rum homines octo validi cædant.

p.18.ſeqq.25 26. Aſin. Act.3. ſc.2.v.18.19. 28.29. p.136.

XIV. Ex quo ipſo loco pariter elucet, *octo* fuiſſe *lictore* ſeu *quæſtionarios* qui juſſa *Triumvirorum* horum flagris i *damnatis* exequebantur. Hinc & ab eodem PLAUTO *oct* *valentes, aſtuti audaces viri, virgatores* memorantur; ite *octo validi lictores.* Quorum igitur *operâ* ſervis aliisq; re *potisſimùm* infligebantur flagra, ii fuerunt *lictores*, etſi no ſemper *tot, quot* ad id peragendum à *Triumviris* conſtitu bantur. Dicebantur tamen omnes hi publici ſervi i genere *lictores*, voce *à ligando* deſumptâ, quòd, quen *Conſules* prehendi *ligariq;* jusſiſſent, præſtò eſſent iidem a *parendum* ac *prehendendum.* FLOCC. Etenim *Magiſtrat* Romano à *lictoribus* faſces *præferebantur*, ex quibus l ocyùs *virgas* betulæ arboris expedire, & *reos*, jubentib iis, qui ſubſerviebant, *percutere* poterant. Unde & *pr* *nunciatâ* quâlibet ſententiâ, ac adjectâ *judicis* voce: *I lict* *deliga ad palum; lictoribus* incumbebat reum *nudare, ſpol* *re, virgasq;* & *flagra* expedire.

de poteſt. Rom.l.2.c.7. p.m 193. Ph. Carol. Antiq. Rom l.2.c.11.p 64. Idem Carol. l.2.c.8 p.50. Add. ejusd. animadv.in Agell. l 1. c. 13. p.83. l.2.c.19.§.4. p.239.

XV. Nimirum antè, quàm verberarentur miſeri, *veſtes exuebantur* ac *detrahebantur à lictoribus*; quin imò i terdum *Judæorum* more *diſcindebantur.* Exempla taliu *nudatorum* collegit CLASEN *in Exercit. ſacr.* qui ipſe evo poteſt. Adde *Act.XVI.v.22.* ubi & *Pauli* ac *Silæ veſtes* an quàm *virgis* cædebantur, ſciſſæ ſunt. *Veſtimenta Mucia* *detracta* priùs, quàm CRASSI juſſu *virgis* multùm cæde tur, *Agellius* refert. l. 1. noct. Att. c.13. p.25. *Quousq;* tam *nudata* fuerint corpora non *expreſſum* in hiſtoriis ext *Credibile* eſt, homines iſtos *maximam* partem fuiſſe *denu* *tos.* *Funibus* prætereà flagri candidatos ad *palos* aut *lumnas* alligabant: quod ipſum clarè ex *Apoſtoli* hiſto deducitur, ubi *Tribunus* PAULUM προέτεινε τοῖς ἱμᾶσιν, *adſtr*

Act. XXII. v. 25.

it loris; nec non ex AGELLIO, à quo, verbis *Gracchi*, *palus*
ſtitutus fuiſſe in foro ad cædendum *Marium* refertur: re-
rente confirmationis loco *loca* hæc *duo Ph.* CAROLO *in*
uſtu Philol. Sacr. De *ligatione* flagellandorum ad *columnam*
git itidem LIPSIUS. Delicta *ſervorum* ad columnam *Mœ-*
am, juſſu Triumvirorum, flagris fuiſſe à lictoribus octo
unita, perhibet Cl. KIPPING.

l. X. noct. Att. c. 3. p. 229.
Dialogiſm. 3
l. 2. de Cruc. c. 4.
antiq. Rom. l. 2. c. 3. p. 408

XVI. Quòd ſi ipſa aſpiciamus *organa*, *quibus* declarati
i *cædebantur*, varias flagellorum ſpecies fuiſſe deprehen-
mus. Aliæ enim erant *lenes*, velut *frondium*, *virgarum*,
ferularum; aliæ ſolis *loris corrigiisq; coriaceis* conſtite-
nt; aliæ etiam *aculeis*, *funiculis* aliæ. Interdum *plumbei*
di ac *ſcorpiones* flagellis addebantur. Atque hinc in
re commemorantur *verbera* ac *ictus plumbatarum*; quam-
s quidam legere malint: *plumbatorum*: Dicebantur
iam flagra aliqua *hamata* ac *venenata*. Vid. *Dionyſ.* GO-
TOFRED. LIPSIUS *l. 2. de Cruc. c. 2. flagris taxillatis Romanos*
am uſos eſſe annotat. Notat & ex *Euſtathio*, flagra talia
aria dici, quòd ex *inſertis talis involutisq;* ſint *confecta*. *Idem*
m *Apulejo* ſcitè denominat flagrum ejusmodi *pecuinis*
ibus catenatum. *Solebant* videlicet non raro Romani
culas, uncinulos, & aculeos ferreos ſcuticis innectere ſuis, qui-
s miſerorum cutis ad coſtas usq; & oſſa lacerabatur; ita ſum-
atim nos edocente *Theologo celeberrimo B.* GERHARDO.

not. ad l. 2. ff. de Pœn. & l. 2. C. de Exactor. Tributor. l. 40. C. de Decru.
part. 2. Harm. Evangel. c. 194. p. 1904.

XVII. Intelligimus inde, *flagellationem*, ritu *Romano*
ractam, nequaquam *leve* ac *lene*, ſed multò *gravius fuſti-*
tione, quippe quâ *milites civesq;* facinoroſi præcipuè af-
iebantur, (vid. *Phil. Carol. l. 2. antiquit. Rom. c. 8. p. 57. l. 3.*
p. 85. DIETERICH. *in additam. p. 185.* Conf. CLASEN. *l. c.* §. 1.)
ò præ multis *graviſſimum* ac *acerbiſſimum* reverà fuiſſe
pplicium; ipſo HORATIO non diffitente, qui *flagellum* vo-
t *horribile*. Sed *pœnæ* hujus *gravitas* magis adhuc colli-
itur ex eo, quòd vix *certum* in plagis infligendis *Romani*

l. 1. Serm. Satyr 3. v. 120.

 obſer-

obſervaverint *numerum*: licet, quòd KIPPING. l. c. anno-
tat & ex *Horatii illo: ſectus flagellis hic triumviralibus Præcon*
ad faſtidium; Probat, *Præco* interdum adſtiterit, & ictus *nu-*
merando exclamaverit, tot *vicibus* debere *cædi* facinoroſo
nec pluribus, nec minoribus. Nam & ſæpiùs paſſi ſun
crudeliter *flagellatores* in *corpora* reorum flagris ruere
adeò, ut, hàc *miniſtrorum* effreni immanitate manente
flagellati multi ſub hàc *flagellationis* pœnâ *planè* interierin
L. 8. §. 3. ff. de. Pœn. fatente id ipſo *JCto* ULPIANO, qui ita: *Non*, inquit, *eâ qu-*
dem pœnâ damnari quem oportet, ut verberibus necetur, v
virgis interimatur: quamvis plerig, dum torquentur, defic-
re ſolent. Et quidni deficerent *plurimi?* cum & *ſæpiſſim*
ac pedes ſervorum ac reorum pendentium pondus aliquod, quo
in Aſin. act. 2. ſc. 2 v. 37. p. 121. à PLAUTO dicitur *centupondium ſit alligatum*, idque eum i
finem, *ne inter vapulandum vapulantes calcitrarent, neve p-*
dibus aut calcibus eos à quibus verberabantur, peterent. Im
docet MEURSIUS, *adeò crudele à ſervis ſumtum ſupplicium*,
totam ſæpe noctem pendentes, flagris fuerint exagitati. Hi
lictorum ait *ac carnificum ad tantam tamq diutinam ſævitia*
exercendam electos fuiſſe octo. Adjicit obſervandum, quo
COMICO *virgæ* hæ vocentur *lentæ*, quia nimirum *tot*
diem noctemq ſæpius totam cæderent. Vid. TAUBMANNU
comment. in alleg. Plauti loc.

XVIII. Tantum itaque *flagellatio* fuit ſupplicium,
utplurimùm *mortem*, ſi non *inferret* ac *afferret*, ſaltem *n*
l. de Eqvules, ex edit. Gothofr. Jungermann. p. 38. *procul* abeſſe ſignificaret. Pertinent, ut opinor, non
commodè huc *Hieron.* MAGII verba, ſcribentis: *Qu*
eqvuleo torquebantur, non ſolùm diſtendebantur, ſed & alios c-
ciatus patiebantur: nam & flagris cædebantur. *Unde* Qu
TILIANUS *ait:* per flagella, per verbera; *loquens de eqv*
tormento. Huic enim procul dubiò *ſervi* delinquen
ſæpe *inſidere* debebant.

 XIX. C

XIX. Quinimò *quotquot* fermè *cruci* erant addicti, *in cap. 27. Matth.*
licabantur à Romanis *antè* digni, qui *flagellis* pinſeren-
... S. enim HIERONIMO obſervante, *legibus Romanis ſan- Tom. 9.*
m fuerat, *ut, qui crucifigeretur, priùs flagellis verberaretur, Harm. Evangel. 1903.*
ò hàc ratione ab hominum honeſtorum ſocietate
aſi ſepararetur. Vid. B. GERHARD. & WALTHERUS *Poſtill. Harm p. 215.*
tus. Flagellatio ſolennis anteceſſor, & rarò in crucem dati,
ſic purpurati; ait LIPSIUS, qui ibidem loca *aliquot, morem*
nc aut *legem* apprimè comprobantia, ex *Livio, Curtio,*
epho, Philone, adducit, ac addit, *cruci affigendos verbera-*
eſſe nunc *virgis*, nunc *flagris*; *crebriùs* tamen, ut repe-
ur, *hiſce, illis infrequentiùs.*

XX. Porro *flagellatio* hæc, *crucifixionem* præcurrens,
n *uno* ſemper *loco* aut *tempore* accidit, ſed *diverſimodè* po-
ſita inſtituebatur, ut modò *domi* vel in *prætorio ante de-*
ctionem, modò in *deductione* ipsâ *per viam*, exerceretur;
n patet ex illâ voce: *Verbera intra aut extra pomœrium*. *Liv. l. 1. c. 26.*
terior ritus ut *magis* eſt *antiquus*, ſic is ipſe etiam *aliquan-*
erat *rarior.* Tunc enim miſerandi ſontes ad *furcam*
alem, impoſitam collo, *ligati* ducebantur per *viam*, &
ebantur vel ad *necem usq;*, vel *ita* tamen, ut poſt *verbera*
furcam fixi *in crucem* tollerentur. Exempla, quæ ex *l. 3. de Cruce*
tonii Nerone ac *Livio* producit in hanc rem LIPSIUS, apud *c. 2. & 3. p.*
um videri poterunt. *Prior* autem mos modusque, *100. ſeqq.*
o *domi* in *carcere* aut *prætorio* adhuc candidati crucis fla-
labantur, *magis* extitit *vulgaris*; unde eundem in *cruci-*
noſtri SERVATORIS *flagellatione* videmus occurriſſe:
em proinde, *tempori* attendentes, nunc paulò altiùs
biſcum repetemus.

XXI. Nempe JESUS *innocentiſſimus* noſter pro *no-*
ti ac *noxio* à *Judæis* æque ac *Romanis* agnitus, dignus (ô
n relatu, nedum indignam factu!) tandem habeba-
, qui ſanctisſimum *tergum* ſuum daret, tanquam *ſer-*

vile,

vile, flagellis. *Servili* hâc *pœnâ* maximeq; *ſervis* propri
animadverſum eſt in eum, qui *Dominus Dominorum* fuit
eſt, eritq;. Flagellabatur igitur *Chriſtus* inſtar *ſervi*, qui *form*
hanc in *exinanitionis* ſtatu aſſumſerat, tũ cumprimis, cùn
pasſionem ingrederetur ac aggrederetur ſuam. Teſtes ecc
flagellationis hujus locupletisſimi ipſi ſunt *Evangeliſt*
Audiamus ſingulos. S. MATTHÆUS eam ita deſcribi
Pilatus JESUM φραγελλώσας, *flagellans, tradidit, ut crucifig*
retur. Ad eundem penitus modum MARCUS. JOHA
c. 27. v. 26. NES ſimiliter ſic illam depingit: *Tunc apprehendit JESU*
c. 15. v. 16. *Pilatus, & ἐμαστίγωσε flagellavit eum.*
c. 19. v. 1.

XXII. Hîc verò ſtatim quæritur, *quoties* ergò Chr
ſtus *flagellis* fuerit tritus? *Dubitandi* namque ratio ea eſ
videtur, quòd ex priorum *duorum* Evangeliſtarum effat
colligi queat, *poſt* latam *mortis* ſententiam, demum
Johannis verò verbis jamdum *ante* dictatam condemn
tionem *crucis, CHRISTO flagellationem* contigiſſe. Hi
l. 3. de Conſenſ. Evangeliſtarum c. 9. *duplici* vice JESUM flagra ſuſtinuiſſe aliqui volunt: qu
inter numerandi *Gerſon Arias Montanus, Montacuti*
Nihilominus non *bis*, ſed *ſemel* tantummodò, flagellatu
eſſe JESUM noſtrum, omnium *probabilisſimè* nos cum
Eccleſiæ Patre defendimus. Nam & *Beza* fatente *ad cap.*
Matth. unam eſſe flagellationem, non duplicem, ex circumſt
tiis liquet. Non itaque ea *reverà* fuit diverſa, etſi *dive*
modè à *diverſis Evangeliſtis* ſit deſcripta: quandoquide
Matthæus ac *Marcus* flagellationi *præpoſuerunt* prolat
Pilati de crucifixione ſententiam, *ordinem* adeò factor
(ceu ſæpiùs ſolent in Evangeliis ſuis *anticipare* Evang
ſtæ) non obſervantes, quem tamen *rectè* ac *ritè* hîc ob
vaverat *Johannes:* Unde & paulò *diſtinctiùs* ac *dilucidiùs*
præ illis annotâſſe *circumſtantias* videtur.

XIII. S

XXIII. Scilicet res ita ſe habuit. Cùm adver-
ſſet *Pilatus*, ſe *ſpe* ſua de *liberando* à *nece* JESU prorſus
cidiſſe ob optionem *populi*, qui latronem *Barabbam*
aluit vivum relinqui, quàm pretióſiſſimum λύτρον,
HRISTUM: tùm *medium* apprehendit adhuc illud,
ſumque *prehendendo* JESUM *flagellis* eundem adjudi-
vit. Quo quidem judicio facto, *Judæorum* furorem
enuò *ſedare* laborabat, fore ſic confiſus, ut, poſt fla-
ra hæc inflicta, Judæi moti *miſericordiâ* miſerum JE-
UM à crucis *morte* liberum tandem pronunciarent.
âdem enim de causâ apud LUCAM legitur hæc ad Luc.23.v.26
udæos protuliſſe verba: παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω,
aſtigatum ergò eum dimittam.

XXIV. Ex quo ſponte ſuá ſequitur, Chriſtum
liâ quâdam *ratione*, quàm aliàs fieri conſveverat, *fla-
ellis* fuiſſe ſubjectum. *Cauſa* namque *per ſe* non erat
cutura crucis afflictio ac *affixio*; quippe hanc Pilatus,
uantum poterat, *tùm* adhuc *temporis* à JESU, quem
nocentem eſſe *hominem* ipſe ſenſerat, conabatur de-
ellere. Sed adhibitum id eſt ſupplicium tantùm,
nquam *medium*, quo *Prætor* Ethnicus *Judæorum* cru-
elitatem quæſiverat *quadantenus*, quanquam *fruſtra*,
t *eventus* docuit,) ſatiare.

XXV. Hæc noſtra *explicatio* uti cum continuâ
OHANNIS *narratione* ad amuſſim convenit: ita tan-
m abeſt, ut *reapſe* à *deſcriptione* cæterorum *duorum*,
uamvis *videatur*, diſcrepet, ut potiùs ipſi nobiſcum
aſſe conſentiant; ſi *unica* modò *particula*, ἵνα, eo hîc,
uo *debet*, modo explicetur atque intelligatur. Si-
uidem, ut utique notum eſt, *cauſalis* hæc *conjunctio*
on *ſemper* & ubique aliquam importat *cauſam*, ſed
ventum ſæpius ac *ſequelam* tantùm denotat; quemad-

C modum

modum præter hoc *exempla* alia dari poſſunt, quorum multa colligit B. GLASSIUS. Nimirum, *nimiùm* urgentibus *Judæis*, flagellationem *ſubſecuta* quidem eſt in crucem elatio, ſed *ex eventu* duntaxat: præter *primam* enim *Pilati*, quam foverat, *intentionem* crucis *executio* deinde acceſſit. Imò ſi *ordinem* verborum *Matthei* ſervemus, ipſe *contextus Græcus* edocet, cohærere rem ſic optimè, ut *primò* Pilatus *flagellâſſe* JESUM dicatur, *poſteà* addatur demum, *tradidiſſe*, ut *crucifigeretur.* Quo ipſo nonnihil innuitur *diverſiſſima* Pilati *actio: alia* nàmque fuiſſe videtur, dum *flagellaverat* Chriſtum; *alia* planè, cùm ad *crucifigendum* eundem *tradidiſſet.*

l. 3. Philol. ſacr. Tract. 7. Canon. 13. p. m. 825. ſeqq.

XXVI. Verum nunc in *quæſtionem* venit, num *ipſe* forſitan *Pilatus* JESUM *flagellaverit?* præſertim cùm *utrobiq;*, tùm à *Matthæo* & *Marco*, tùm *præcipuè* à *Johanne* ita res narretur, ut appareat, à Pilati *propriâ* perſonâ Chriſto fuiſſe *flagra* illata, non à *militibus* illius, quippe quorum fit mentio demum v. 2. Atque in hâc quidem ſententiâ *Bedam*, dum literæ *nimis* inhæreret, hæſiſſe, B. GERHARDUS indicat. Sed quis tamen tàm *facilè* crediderit, tantum *Virum*, in tantâ *dignitate* ac *autoritate* apud *Romanos* æquè ac *Judæos* conſtitutum, ſeſe eò usque ſubmiſiſſe, ut *munus* hoc, quod *militibus* ac *lictoribus* velut *proprium* expediendum erat, *ipſe* exequeretur? *Probabilius* potiùs eſt, per eos *potiſſimùm* carnificinam hanc eſſe peractam, qui à *Pilato* ad eam peragendam *maximè* fuerunt *amandati* ac *deſtinati.* *Imputatur* autem *flagellatio* ipſi hîc *Pilato*, Judææ *Præſidi*, tanquam *cauſæ principali morali*, quia *juſſu* ejus ac *imperio* res tota fuit geſta. Haud itaque eſt abſurdum, ſed valdè commodum, verba *Evangeliſtarum* ſic exponere. Nonne enim, juxta communem canonem, *quod quis per aliun*

Harm. Evangel. c. 194. p. 1903.

ſum alios'ue facit, per ſeipſum feciſſe ducendum eſt atque
cendum?

XXVII. Inſuper *miniſterialem* cauſam indagantes,
on abs re judicamus quærere, *quinam* ac *quales* ad JE-
UM *flagellandum* præcipuè ſint admisſi? Hìc ſi intue-
ur *Græcos* emendatiores *codices*, non invenimus in
xtu *ſeparatim*, quoad hoc, mentionem *eorum* fieri:
lligimus tamen non malè ex verbis, tùm *antecedentibus*,
m *conſequentibus*, Romanos *milites & lictores*, ab ali-
uibus *Brutianos* l. *Brutios* dictos, eosque gentiles, præ-
puos fuiſſe hujus tragœdiæ actores. Nam adjecta &
udæos reſpiciens vocula, *Eis*, quæ in exemplaribus
uibusdam poſt vocem, *tradidit*, legitur, non eſt genui-
a: hinc, ERASMO notante, nonnihil officit ſenſui. *annot. in c. 27. Matth.*
eq; enim (addit is) *Judæis tradidit* JESUM *Pilatus*, *ſed ſuis*
ilitibus, *ſupplicii miniſtris*. Hi ſiquidem & ipſi Chriſtum
nteà *ceperunt*, captum *vinxerunt*, vinctum *judiciis ſtite-*
unt, ſtatum *flagellârunt*, flagellatum pòſt *purpurâ ve-*
erunt, veſtitum *coronârunt*, coronatum *illuſerunt*, illu-
m *verberarunt*, verberatum *abduxerunt*, abductum *cru-*
ixerunt: ſicuti id in *hiſtoriâ* totius *pasſionis* non *ſemel*,
d *ſæpius*, inculcari cernimus.

XXVIII. At *dubium* forſan alicui oriri poſſet, an-
on *Judæi* auxiliatrices ſuas hoc in negotio *Ethnicis* por-
exerint *manus*? Certè, *Judâ* proditore facem præfe-
nte, his ii *tradiderunt* Chriſtum, nil aliud expetentes,
uàm ut è *medio* ſuo JESUS à *gentilibus*, poſt varios *crucia-*
s, in *crucem* denique ipſam tolleretur. Quapropter
lpam longè *maximam* integræ *pasſionis*, adeoque & *fla-*
llationis, in *Judæos*, tanquam *cauſas moraliter efficientes*,
de redundare, quis noſtrùm unquam dubitat? Enim-
rò quòd *Judæi Phyſicæ* cujusdam *cauſæ* vicem in ullo

opere obierint, nec *legimus*, *nec credimus*: cumprimi
cùm ipſe patienter paſſus SERVATOR in ultimo itine
re *Hieroſolymitano* id ita *diſcipulis* ſuis de ſeipſo prædixerit
futurum, ut *Filium hominis Sacerdotum Principes ac Scrib*
tradant gentibus *ad illudendum & εἰς μαστιγῶσαι ad flagellan*
Matth. XX. *dum.* Confer. MARC. & LUC. Videbis utrobique d
v. 18. 19. *gentibus*, ſive, (quod in hiſce aliisve plurimis locis idē,
c. X. v. 39. 40. *Gentilibus*, minimè verò *Judæis*, enunciari: μαστιγώσουσιν
c. XVIII. v. μαστιγώσαντες αὐτὸν. Unde ut impleretur ſimul *veraciſſim*
31. & 33. hæc VERITATIS *prædictio*, *gentiles* ſoli JESUM *flagellar*
debebant.

XXIX. Sed & ſi ipſam *Judæorum* inſpiciamus *men*
tem, non difficulter conſtat, cur *ipſi* JESUM flagris affice
re noluerint. Etenim, cùm juxta *divinam legem* no
eſſet permiſſum *Judæis*, plagas ultra *quadraginta*, vel, u
ipſi malè interpretabantur, *triginta novem*, flagellis in
fligere hinc procul dubio ex accerrimo adverſus CHR
STUM odio nimiùm *lenis* hæc videbatur pœna, ſi ea à *ſu*
JESU huic, ut blaſphemabant, *ſeductori* irrogaretu
Maluerunt igitur ad hanc infligendam *pœnam* eliger
gentiles, quippe qui nulli *certo* numero adſtricti verbe
rare reos ſupra *modum*, interdum & ad *interitum* usqu
ſolebant. Neque verò intenderunt *per ſe* flagellatio
nem, ſed *ſolùm* poſtulabant *crucifixionem*. Unde hau
contenti illâ à *Pilato* illatâ *pœnâ*, puniendum etiam *cru*
Chriſtum clamârunt, nec clamare *priùs* deſierunt, d
nec id, quod tantopere petebant, ipſo *facto* impetra
runt. *Vitam* nempe nolebant, volebant *necem*, eam
cruce luendam: quam tamen *capitalem* pœnam illis e
Joh. XIIX. ercere *non* licuit, licet eandem inter *Judæos Romani* p
v. 31. *lubitu* exercuerint. Quò maximè facit *propria* eoru
confeſſio, coram *Pilato* ore unanimi edita: *Non lice*
inquiunt, *nobis ullum interficere*; intellige inprimis,
autor

tores haud incelebres ſubintelligunt, *ſupplicio crucis*,
m *reſtricta* jamdum tùm temporis erat ſub Romanis
deorum poteſtas. Imò fortasſi ideò quoque *Judæi* in
ellando Chriſto ſeſe Romanis *ſocios* præbere recuſa-
nt, quod putarent, quemlibet ſuorum *contaminari*, ſi
is, imminente *Paſchate*, in *prætorium* modò *introiret*,
lto magis itaque, ſi in eodem *ſuppliciorum adjutor* fie- v. 18.
. Vid. *Job. XIIX.*

XXX. Sed quid? *Quâ* tandem de *causâ* illud ab
ſit factum, ſcire *noſtrâ* parùm refert. Revertimur
tiùs ad ipſum flagellandi *actum*. Collegimus antè
Scripturæ textu, immitibus potisſimùm *militibus ſatel-
lusq́*, Pilati à *Pilato* demandatum fuiſſe, ut *flagellarent*
um. *Quot* autem *lictores* illi præcisè fuerint, non
imus, nec dicere poſſumus; tacente præprimis
ipturâ & *antiquitate*. Extra tamen controverſiam
res *uno*, imò *multi*, ſi non *plurimi*, huic *actui* interfue-
t, qui *ope operâq́* ſuâ flagellationis negotium adjuve-
t. *Locus*, ubi *flagellatio* erat inſtituenda, ſtatuebatur *Matth.*
ium ſeu *prætorium*, domus, in quâ *provincialis Prætor* *XXVII. v.*
n *habitabat* modò ſed & *jus* dictitabat. Eò enim *Præ-* *27.*
ſeſe receperant *milites*, convocatâ ſimul ac congre- *Marc. XV.*
à in illam *universâ* cohorte. *v. 1*

XXXI. Ibi verò fata *flagellandorum* ſingula Jeſus
eriri cogebatur. *Veſtibus* eundem fuiſſe *privatum*,
hic negabimus, qui audiimus *ſuperius*, morem hunc
hâc *inflictione* pœnarum Romanis *uſitatisſimum* man-
? Præſtamus etiam haud illibenter *fidei* nonnihil
entiæ ei, quâ Jeſum *columnæ alligatum* eſſe aſſeritur;
tam proptereà, quòd *Lipſius exemplis* quibusdam ac
moniis alienis ritum hunc ſtuduerit confirmare, *l. 2. de Cruc.*
m quòd *pii* ipſi & in religione antiqui *Patres* non pla- *c. 4. p. m. 63.*

 nè

nè dubitârint tale quid de *columnâ flagellati Servatoris* ac ſtruere. Clarè ac præclarè *prudentiſſimus Poëtarum* ſu adhuc ſeculo cecinit:

Prudentius Enchirid. Nov. inſtrumenti de hâc columnâ. Vid. Bibliothec. Patrũ Tom. 4. p. 924.

> *Vinctus in his Dominus ſtetit ædibus, atq;* columnæ
> *Annexus, tergum dedit, ut ſervile, flagellis.*

Imò pergit: *Perſtat adhuc, templumq; gerit veneranda co lumna.*

Cum quo convenit, quod *B. Hieronymus* de *Paula* in eju Epitaphio ad Euſtochium recitat: *Oſtendebatur*, in quiens, *illi in monte Sion columna porticum ſuſtinens, infect cruore Domini, ad quam dicitur vinctus & flagellatus.* Tem pore *Bedæ in medio Eccleſiæ fuiſſe* ipſe *Beda* teſtatur. Se quod de *columnâ* hâc in *templo* poſitâ dicitur, haud imme ritò *ſuſpectum*, minimùm, ſi non penitus *falſum*, eſſe cen ſemus. Interim ſive extiterit, ſive non, *in templo column* talis, ſufficit extitiſſe in *prætorio* tùm, cùm ad eam Chr ſtus *vinciretur.* Hinc *Hieron* Drexelius *columnam* hanc i depingit: *Romano ritu funibus adſtringebatur Jeſus ad bip dalem columnam, quæ ad viri ſtantis umbilicum duntaxat perti geret, ut tàm pectus quàm tergum rei verberibus undiq; pater In brevioris hujus columnæ ſummo ferreus annulus immiſſus ac piebat funes, quibus flagellandi corpus vinciebatur.*

Tom. II. part. 2. De lic. gent. hum. c. 3. §. 3 p. 342.

Vid. Walther. p. 216. & Claſen. l. c. annot. in N. T. ad c. 27 Matth. p. 84

XXXII. Cætera, quæ de hâc *columnâ* traduntu *mira* merè *falſa* ac *ficta* videntur. Nos ad propoſitum r dimus, quod eò nunc revocat, ut luſtremus *inſtrumen* quibus CHRISTI latera cæſa fuerunt ſciſſaque. Ac *virg* quibus fuiſſe arbitratur *Eraſmus*, nec abnuit *Maldonat Beza* tamen *flagellis propriè* dictis Chriſtum *percuſſum* e non malè contendit; nec abſque ratione: præprim quia in *fonte* voces μαστιγοῦν ac φραγελλοῦν ponuntur; q *ſignificatione* ſuâ *primariâ* id ſignificant, quod *propriiſſimè* f gellare dicitur. Ut adeò non neceſſe ſit, præter *neceſ*

à propriâ verborum ſignificatione hîc recedere.
cit huc, quòd & *Nonnus* voculâ ἱμάϑλης utatur, quâ
eum denotatur *flagellum.* Narratur inter alia quoq;
verè, alii videant) *flagellis aculeatis, infixis aculeis &*
ractis, non evellendo, ſed ſulcando, totum corpus Chriſti
ſſe laceratum. Sanè *probabile* aliàs eſt, pro *Romano more,*
em ſuprà innuimus, *militum* ſævitiam *flagellis* quoq;
leos adjeciſſe.

XXXIII. Quod ſi *traditionibus* credendum, (qui-
s tamen *cautè* ac cum *prudentiâ* decet credere) tra-
nt aliqui; *tribus* flagellorum generibus *Chriſtum* fuiſ-
afflictum: primò *vepribus* & *ſpinis acutiſſimis*, poſt *fla-*
lis aculeatis, tandem *ferreis catenulis.* Verùm quod
inet *flagellum*, quo *Papicolæ Romani* in *æde B. Virginis Ro-*
jam ſuperbiunt, nos *tanto* non dignamur *honore*, ut
tiamus, illud *iis* eſſe accenſendum, *quibus* dudum
erâ JESUS in *prætorio* ſit *cæſus.* Mirum enim ſi *Pontifi-*
poſt *tot* ſecula tales *reliquias* non *adulterinas* demum
as tectas acceperint. Imò verò *maximè* mirum. Sci-
t *tantâ* ii præ *nobis* gaudent *felicitate*, ſi fas eſt *credere.*
gaudeant, ut *fermè* inſaniant: nos pergimus ad reli-
dicenda.

XXXIV. Nonnulli *nimis* ferè *curioſi* ſunt in eo, ut
cum aliis *certum plagarum numerum* inquirere haud
erſedeant. *Ajunt* enim *Brigittæ revelatum*, CHRI-
UM eſſe perpeſſum ultra quinq; millia ictuum ex flagellis.
entius in *ſerm. de Paſſione* colligit, cùm *oſſa corporis ex*
entiâ Medicorum ſint ducenta ſex & ſeptuaginta, CHRI-
M ita fuiſſe flagellatum, ut cuilibet corporis oſſi triplex ver-
m ictus reſponderit. Gerſon numerum conſtantem al-
rus: *Dicunt aliqui*, ſcribit, *revelatum fuiſſe, quòd Chri-*
in corpore ſuo quinq; millia trecenta & ſeptuaginta quinq;
acce-

p. 1904. *acceperit plagarum.* Vid. *Harm. B. GERHARDI.* Ut verò ſe res habeat cùm hiſce *relationibus* aut *revelatio*-*bus*, quas *autorum* ſuorum *fidei* meritò relinquimu *certum* tamen *verberum* definire *numerum* non *volumu* nec *poſſumus*. Cùm enim *Romani* non *æquè*, ut *Juda* *definitas* in flagellando infligerent *plagas*, quis, quæſ facilè credet, ab atrocibus iſtis *militibus* ea *tùm*, quæ J ſu dederant, *numerata* fuiſſe *verbera*? Numeraveri autem nec ne, *temere* certè fit, *ignotum* ictuum num rum nimiùm *ſcrutari* aut *determinare* velle, ex *ejusm* præſertim *ſcriptis* ac *ſcriptoribus*, qui valde *dubiæ* ſunt *ctoritatis*.

XXV. *Sat* eſt, ſi dixerimus, *diriſſimam* ac *duri* *mam* hanc *SERVATORIS* extitiſſe *flagellationem*. C ligitur, ut *brevibus* multa complectamur, ſatis ex *tex* circumſtantiis. Nec obſtant *objectiunculæ* duæ, q unà cum *Reſponſionibus B. Gerhardus* adfert. Nos noſ

in Harm. Evang. pag. 905. *Diſſertationi* imponimus *finem* ea, quæ *de ritu flagella* ſuperſunt *exponenda*, *alio* cum DEO, *die* propoſit Jam quæ reſtant, *debitæ* ſunt piæque *gratiæ*, quas *Ser* *tori* noſtro, pro *flagitioſis* nobis tantopere *flage* *lato* dicere decet *æternùm* absque

TERMINO.